



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 106. Quædam Clementis XI. Pontificis Maximi Constitutiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](#)

Sæc. XVII.  
A. C. 1700.

## §. CV.

*Synodi Diæcesanæ Eichstettensis  
decreta.*

**H**oc item anno Joannes Martinus ab Eb Eichstadianus Episcopus die decima Novembbris Diæcesanam celebravit Synodum, in qua pro animarum Pastoribus ad munus suum ritu exequendum tradidit præcepta, simulque Parochis injunxit, ut sæpius pauperculos moneant, quatenus cordate petant Sacra menta, cum ea eis, gratis sint administranda: vetuit quoque, ne sponsalia mutuo etiam consensu sine scitu Episcopi dissolvantur, nec etiam aqua Baptismatis pro medicina, vel alia quacunque de caussa aliis præbeat: minus vero Parochi se ultra duos dies & unam noctem sine Decani præscitu a sua Parochia absentent, aut frequenter tabaccum Sacerdotes e fistula hauriant. Denique Sodalitatem S. Rosarii institui præcepit, ut populus ad frequentiorem Confessionis & Communionis usum incitaretur.

## §. CVI.

*Quædam Clementis XI. Pontificis  
Maximi Constitutiones.*

Inter

Inter plures Constitutiones, literasque Sæc. XVII.  
 Apostolicas Clemens XI. Pontifex A.C. 1700.  
 hoc anno Bullam Prædecessoris sui de  
 abolendo Nepotismo innovavit, simul- *Bull. Magn.*  
 que Jubilæum universale ad imploran- *Clem. XI.*  
 dum Dei auxilium pro felici Ecclesiæ *Epist. &*  
 regimine indixit, ac die trigesima No- *Brev.*  
 vemberis literas dedit ad Leopoldum *Clem. XI.*  
*p. 1. & seq.*  
 Cæsarem, in quibus se gravissimum  
 summi Pontificatus onus ægerrimo a-  
 nimo suscepisse testatus, Cæsari gratias  
 egit, quod sui electionem per Lam-  
 bergum, Medicæum & Grimannum  
 Cardinales, necnon ejus Legatum Co-  
 mitem de Lamberg promovere voluerit:  
 Eadem die ejusdem ferme tenoris li-  
 teras dedit ad Josephum I. Romanorum  
 Regem, Ludovicum Regem Galliæ,  
 Mariam Annam Hispaniæ Reginam,  
 Petrum Lusitaniæ, & Fridericum Au-  
 gustum Poloniæ Reges, necnon ad  
 Cosmum Magnum Etruriæ & Sab-  
 audiæ Duces, atque ad Venetorum  
 Rempublicam, aliosque Principes Ca-  
 tholicos. Die autem vigesima octava  
 Decembris Leopoldum Cæsarem im-  
 pense hortabatur, ne ob eruptum Suc-  
 cessionis jus in Hispaniæ Regnum novos  
 armorum motus concitaret simulque  
 Papa Josephum Hungariæ, & Petrum  
 Lusitaniæ Reges, ceterosque Principes  
 & Colonitium Cardinalem, ut & ipsi

Pp 5            Cæ-

Sæc. XVII. Cæsarem ad pacis consilia inclinarent,  
A. C. 1700. datis literis rogabat: se vero hoc officium apud Imperatorem impendisse, Gallorum Regi significabat, subjungens, quod si Cæsar armis jus suum prosequi moliretur, ipse ea initurus sit consilia, quæ ad reddendam ab exterorum militum incursu immunem Italiam expeditare videbuntur.

## §. CVII.

*Diversæ SS. Congregationum decisiones.*

*Decis. SS.  
Congr. Rit.  
Episc. &c.* Pariter Sacræ Romanæ Congregations hoc anno plures ediderunt Constitutiones, & quidem die decima sexta Januarii Sacra Concilii Congregatio decidit, quod quando Episcopus, quin loca sibi subjecta visitet, violenter impeditur, non modo occlusas fores effingere, sed etiam vi vim & excommunicatione absque alia judiciali monitione repellere valeat: Canonici autem dignitates præfente Archiepiscopo celebrantes non valeant uti pulvinari ad genuflectendum, nisi obstat consuetudo: ita die vigesima tertia ejusdem Mensis decidit S. Rituum Congregatio: sequenti autem die Innocentius XII. Papa declaravit, quod sub generali Indulgentiarum suspensione in Anno